

Quarto arguitur signum quodensumque est  
distributum numeri quod est quantitas  
discreta. ergo non est signum distributum  
numeri quod est quantitas discreta ergo non est  
signum distributum temporis quod est co-  
tinuum. Quinto arguitur contra sophisma  
vna vice fuisse philosophus. Si vna vice fuisse homo  
vel non homo non est dicendum quod fuisse  
non homo. ergo illa vice fuisse homo. Ad  
primum dicitur quod quantitas potest dupliciter ac-  
cipi. vno modo secundum numerum et hoc modo  
distribuitur per signum distributum quan-  
titaris etc. Ad secundum dicitur quod quale potest  
dupliciter accipi. Vno modo pro omni illo  
quod significat per modum adiacentis siue in-  
herentis alteri et illo modo quantitas bene  
significat per qualis. Alio modo accipi-  
tur quale magis specialiter per illo quod saliter  
significat per modum disponentis et determi-  
nantis et illo modo non significat per modum  
qualis bene per modum mensure. Ad ter-  
cium dicitur quod duplex potest esse interruptio  
in aliquo actu. Vno modo sic ut ille actus  
terminetur et postea reiterari in eodem subiec-  
to in numero in quo prius erat. Et hoc modo iste  
actus qui est esse hominis bene interruptitur.  
Alio modo in aliquo actu potest esse interrup-  
tio sic ille actus possit pluries in eodem sub-  
iecto in numero reiterari et terminari et isto  
modo in isto actu qui est esse philosophus potest  
esse interruptio in talibus actibus bene potest  
addi illud signum quod est philosophus et illud relatum  
scilicet rodens. Ad quartum dicitur quod licet  
hoc signum quodensumque primo et per se sit  
distributum numeri tamen ex consequen-  
ti est distributum temporis in quantum  
tempus habet modum numeri et secundum quod in  
ipso mediante motu reperiuntur partes  
distincte. Ad quintum dicitur quod quodam fuisse  
philosophus vnus homo et prius tamen  
sub hoc quod est vna vice non est concen-  
tum. quia tunc fuisse philosophus illa vice vel  
alia vice. quia tunc actus essendi hominem  
non fuit interruptus.

## Circa infinitum queri

Postquam autor determinauit de signis dis-  
tributis. Hic sequenter ex quo infinitum  
sequit quantitate determinat de ipso circa  
ipsius mouendo vnum sophisma. Et quod omne  
multiplex indistinctum parit confusionem.  
Et hoc dicitur infinitum cum sit multiplex.  
Ideo primo ponit multiplicatam eius po-  
tendo quatuor modos ipsius. Sciendum primo  
quod infinitum primo dicitur quod non est aptum natum  
pertransiri sicut punctus vel vnitas et hoc  
modo vox dicitur infinita quo ad visum. quod  
non est apta nata videri neque est de genere  
visibilem. Secundo modo dicitur infinitum quod  
habet transitum imperfectum eo quod non est  
determinatum et tamen per se aptum natum  
pertransiri sic profunditas maris. Tercio  
modo dicitur aliquid infinitum secundum appo-  
sitionem ut numerus cum quicquid alicui nume-  
ro addat vnitas semper adhuc maior potest  
fieri per appositionem alterius vnitatis et  
sic semper ulterius ascendendo. Quarto  
modo dicitur infinitum secundum diuisionem sicut  
linea est diuisibilis infinitum et sic reperitur  
in omni magnitudine. Quinto dicitur  
infinitum vtroque modo scilicet secundum appositionem  
et diuisionem sic potest reperiri in tempo-  
re. Sciendum secundo quod illorum quatuor mo-  
dorum sic potest haberi sufficientia. Quia omne  
infinitum est imtransibile. vel ergo est in per-  
transibile negatiue sic quod negatur ratio actus  
quod potentia pertransibilitatis. et sic est pri-  
mus modus. vel est intransibile et imtransi-  
bile negatiue sic quod negatur actus intransi-  
ibilitatis sed relinquuntur potentia ad ul-  
torem limitationem et hoc est dupliciter vel  
de se aptum natum est pertransiri et infinitum  
et sic est secundus modus vel potest solum  
pertransiri et infinitum imperfecte et hoc tri-  
placet. vel per hoc quod fit per appositionem  
sic est tertius modus. vel per diuisio-  
nem sic est quartus modus vel vtroque mo-  
do simul et sic est quintus modus.  
Sciendum tertio pro illo sophismate.